



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. XXVIII. De Cauchinchinae regno apud Sinas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

teras confessionis (id est communionis) ad Patriarcham semel sexto quoque anno. Quando verò Lusitani Cocinum appulerunt, regebat hanc ecclesiam Malabaricam D. Iacobus, qui sic scribebat, *Metropolita Indiae & Chinæ*; ut constat etiam ex eiusdem MS. noui Testamenti codice, ubi in calce sic habetur: *Scriptit hunc librum D. Iacobus Metropolita Indiae & Chinæ.* Eodem modo D. Joseph post prædictum D. Iacobum, qui Romæ diem obiit, sic subscribat: *D. Joseph Metropolita totius Indiae & Chinæ.* Ita Tr. gautius lib. I. cit. cap. vltimo.

CAPUT XXVIII.

DE CAVCHINCHINÆ REGNO,

apud Sinas.

CAUCHINCHINÆ regnum, Chinensi imperio vectigale, eidē adiacet, & octo plūs minus dierum nauigatione abest Amacao, opido celebri, Lusitanorum apud Sinas statione. Incolæ characteribus vtūtur Sinensibus, vestitu eodem, ac penè eodem gubernandi modo. Rex ipse Cauchinchinæ, per Lusitanos mercatores, anno 615. Patres aliquot Societatis Amacao euocauit: quibus facultatem dedit templa exstruendi, Christiq; doctrinam prædicandi, & subditis acceptandi. Plurimi itaq; mox baptizati sunt, atq; in ijs Magistratus, alijq; primores nō pauci.

M 2

COL-

COLLEGIA SOCIET. IESV, IN
Regno Sinarum.

Collegium Pechinense inchoatum. Pequim.
 Collegium Nanchian.inchoatum.Nanquim.
 Residentis Xauchensis. *Sciaceo.*
 cum duabus alijs Residentijs.

Sunt in hoc Regno Socij 30.

Anno 1619. accesserunt Socij plures, post
 R. P. Nicolai Trigautij ex Europa in Si-
 nas redditum.

C A P V T XXIX.

DE IAPONIAE REGNIS.

Iaponiæ nomine in extrema Asia cōplu-
 res insulæ sūt, modicis inter se fretis dis-
 cretae: quas inter tres numerā: ur magnitu-
 dine præcipuae, *Niphon*, *Ximus* & *Xicocus*. Ni-
 phon tribus & quinque gentia regnis seu Pre-
 fecturis cōstat, quarum caput est vrbs *Me-
 cum*: vnde nonnulli reliquæ regionidant
 nomen. Ab Niphone vocabulo, quod Sinæ
 paululum mutarunt, Iaponis & Iaponiæ no-
 men apud Europæos innotuit.

Ximus regnis nouem d̄ stingitur, & vr-
 bes illustriores habet *Vsuquin* & *Funaium*
 in regno Bungensi, in Saxumano autem
Cangoximam.

Xicocus regna non nisi quatuor conti-
 net: